

drino patriarchatu, cui ipsi subduntur. Iam vero videtur Aegyptus excludenda ex eo, quod desit in ipso opere ritus exhibendi potus lactis et mellis recens baptizatis.

Quamquam nos minime latet librum posse aliunde originem habere, quam ubi propagatus reperitur, nihilominus cum ex probabili nulla ratione possit alia patria Testamento assignari, arbitramur standum esse pro Syria, eo vel magis quod alia quoque ejusdem generis opera, uti sunt *Canones ecclesiastici apostolorum* et *Constitutiones apostolicæ*, fere unanimi eruditorum iudicio ortum habuerunt in Syria.

TESTAMENTUM

DOMINI NOSTRI

JESU CHRISTI

1

Et respondimus dicentes: Domine quid est Spiritus sanctus, quem dixisti ut peteremus? quænam ipsius virtus? Dixit nobis Dominus noster: Amen dico vobis, non eritis filii lucis, nisi per Spiritum sanctum.

Respondimus ei dicentes: Domine noster, da nobis ejusmodi (Spiritum).

Et confessim Jesus insufflavit in nos, et post receptionem Spiritum sanctum dixit nobis: Amen dico vobis, quod vos, qui facti estis discipuli regni cœlorum, qui corde minime dubitante in me credidistis, meque secuti estis, mecum eritis vos; et omnes, qui per vos intelligent et perficiant voluntatem Patris mei, servabuntque verba mea atque passionem meam noscent, sancti fient, habitabuntque in mansionibus Patris mei, et a diebus malis venturis liberabuntur, et ego cum eis ero ostendens ipsis vias meas, per quas illi vivent.

11

Responderunt Petrus et Joannes, dixeruntque ei: Domine, dic nobis signa finis (mundi), omniaque, quae tunc patrabuntur ab iis, qui hunc mundum incolent, ita ut et nos illa significemus iis, qui inter omnes gentes sunt credituri in nomen tuum, atque ita illæ generationes servantes (monita tua) vivant. Respondit Jesus dicens: Nonne, antequam pater pro eis, vobis prædixeram nonnulla de fine (mundi), propter eos qui (tunc) habitaturi sunt terram? Respondimus dicentes: Domine noster, sed nunc cupimus scire prodigia et signa exterminationis hujus mundi, si Dominus judicet quod utiliter sit nobis et illis, qui audituri sunt, ea cognoscere.

⁽¹⁾ Cod. S item habet ~~rechiam~~: sed Lagarde male pro illa voce legit

(²) Cod. S habet in.

(3) Sic in cod. S. — Deest autem ~~et~~ in codicibus M. B.

(4) In cod. S manus recentior additum
 (5) Cod. S habet

habet s. habet

(7) Cod. S exhibet titulum hujus capitatis rubro colore sic:

8) Ex cod S — Codices M B habent

(10) Cod. S legit 2-III.

1

Respondens Jesus dixit: Tempore dispensationis meæ, antequam fuerim glorificatus, jam vobis prædixeram signa annuntiantia prope esse exterminationem hoc modo: nimur futuras esse super terram famæ, pestilentias, confusiones, perturbationes, insurrections gentium contra gentes, ceteraque alia, quæ dixi vobis; mandaveramque vobis, ut vigilaretis et oraretis.

Modo autem audite, o filii lucis! Quoniam Pater meus, qui me misit ad suam haereditatem^(*), præcognoscent quæ futura sunt, prædestinaverit ex ultimis generationibus in novissimis diëbus vasa sancta, honorabilia et electa, idcirco exacte vobis manifesta faciam, [col. 3] quæ post hac eventura sunt, quandonamque surrecturus sit ille filius perditionis, ille inimicus et adversarius, qualisque sit ille futurius.

IV

Ad propinquate itaque regno, signa erunt ejusmodi: post fames, pestilentias et confusiones per gentes, tunc dominabuntur et praeerunt principes amatores argenti, inimici veritatis, occisores fratrum suorum, mendaces, osores fidelium, jactatores, hiantes aurum, inter se cognati quidem, non tamen sibi invicem consentientes⁽²⁾, cum quisvis socii sui vitam perdere cupiet. Per eorumdem exercitus erunt angustiae magnæ, fugæ et effusio sanguinis.

1

Surget autem et in occidente rex alienigena, princeps summi doli, atheus, homicida, deceptor, cupidus auri, vaferimus, pravus, inimicus
(¹) In vers. copto-arab. habetur «quoniam Pater meus, Pracognosens calamitatis, quæ future sunt in novissimis diebus, prædestinavit hæreditatem suam et vasa honorabilia etc.».
(²) In vers. copto-arab. post hæc additur de ejusmodi principibus «exordientur a regionibus orientalibus, minime dictamen consilii sequentes, sed quivis socii sui vitam etc.».

fidelium et persecutor. Dominabitur et in gentes barbaras et effundet multum sanguinem. Tunc argentum erit contemptibile et in honore habebitur aurum (tantum). Erit in omni civitate et regione directio et praeda per latrones, effundeturque sanguis.

VI

Erunt⁽¹⁾ tunc signa in celo: arcus apparebit et cornu et lampades,
(audienturque) tempore non suo susurrus et voces, aestus maris et
terrae rugitus.

VII

Erunt dein et signa super terram: draconum generatio ex hominibus, similiter et ferarum; pueræ recenter viris nubentes parient infantes loquentes verba perfecta, nunciantesque tempora novissima et rogabunt ut interficiantur. Adspectus autem eorum erit uti adspectus jam provectorum in annis: cani enim erunt, qui nascentur.

es quadrupedes. Allae autem (muli et asini)

spiritus solum parient; aliae vero cum spiritibus immundis etiam foetus suos generabunt^(*). Aliae erunt in ventre divinantes, loquentesque incantationes. Et multa alia signa horribilia erunt.

173

In ceteris autem, in populis et in ecclesiis erunt conturbationes⁽²⁾.
Surgent enim pastores iniqui, iniusti, contemptores, avidi,
multæ.

(i) Vid inferioris rotam (3)

(²) In vers. copio-arab. habetur pro his «aliae mulieres generabant matos per vasos a spiritibus immundis».

(j) Inde ab initio cap. VI usque ad hunc locum, hac pars *Testamenti* habetur in antiqua versione latina, cuius fragmentum extat in codice Trevirensi N. 36 saeculi VIII, quod quidem fragmentum edidit M. R. James in *Apoxyphha amictata* etc., Cambridge 1893, pag. 153—154, qui editor opinatur istam primam partem Testamenti, que

espicit antichristi adventum et s.
Apocalypsim Petri.

amatores deliciarum, amatores lucrorum, amatores argenti, loquaces, jactatores, superbi, gulosi, perversi, protervi, voluptuos, querentes vanam gloriam, currentes ex adverso contra vias evangeli, recedentes longe a porta angusta, procul repellentes a se quamvis humiliationem (seu passionem), neque commiserentur meæ passionis. Desipient omnia verba veritatis, contemnentque omnem viam pietatis, neque ipsis penitentibus peccatorum suorum. Quamobrem diffundentur inter gentes incredulitas, odium fraternitatis, pravitas, acerbitas, negligentia, [fol. 340 r. col. 1] zelotypia, inimicitia, dissidium, latrocinium, oppressio, ebrietas, intemperantia, lascivia, libido, forniciatio, cunctaque alia opera quae opposita sunt præceptis vitæ.

Recedet enim a plenisque moeror, humilitas, pax, mansuetudo, paupertas, commiseratio et fletus, cum pastores ejusmodi exercitationes aspernaverint, minimeque executi fuerint, neque praecepta mea exhibuerint, quin potius in populo veluti exempla iniquitatis ipsi exsisterint. Veniet tempus, quo nonnulli ipsorum me negabunt, excitabunt in terra discidia, et confident in rege corruptibili⁽¹⁾. Qui autem in meo nomine perseverabunt usque in finem, vivent. Tunc (præfati mali pastores) præscribent hominibus præcepta abnormia libro præceptorum, quæ sunt iuxta placitum Patris mei; electi et sancti mei ab ipsis despiciuntur et inter illos polluti vocabuntur: illi, inquam, electi, qui sunt recti, puri, compuncti, misericordes, mites et mansueti, habentes continuo notionem illius, qui inter eos semper versatur, et dicentur fatui propter me, qui ipsos salvos feci.

Eveniet et in diebus illis, ut Pater meus ex generatione illa con-
greget justos animasque puras et fideles, quibus ego apparebo et cum
ipsis habitabo, illisque immittam mentem agnitionis et veritatis, mentem

illius, qui inter eos semper versatur, et dicentur fatui propter me, qui

ipsos salvos feci.

Eveniet et in diebus illis, ut Pater meus ex generatione illa con-

卷之三

greger justos ammasque puras et neeles, quibus ego apparebo et cum ipsis habitabo, illisque immittam mentem agnitionis et veritatis, mentem

Digitized by Google

(18) God S habbet in numero plur.

ארכיאולוגיה של ירושלים

(ii) Old 3 hadet

(13) Cod. S legit acc.

sanctitatis, neque desistent a laudibus concinendis, gratisque agendis
Deo ipsorum, Patri meo, qui me misit, omnius tempore loquentur
veritatem et erudiant illos, quorum probaverint spiritum, invenerintque
eos rectos esse, et dignos regno, illosque edocebunt scientiam, magna-
nitudinem et intelligentiam. Et qui patientur persecutionem, ut vivant
in pietate, recipient collaudationis mercedem.

Illi temporibus perturbabuntur omnia regna et mundus totus, eritque angustia maxima atque inopia. Totus hic mundus tamquam nihil reputabitur, omniaque bona mundi a multis devastabuntur, eritque maxima penuria segetum, atque admodum dura hiems. Et principes erunt rari, et pauci possidentes aurum et argentum abundantesque hujus mundi fortunis, et filii hujus saeculi habebunt gestionem ipsorum saeculariorum et horreorum, dominabunturque in foris emptionis et venditionis. Multi affigentur atque idcirco Deum suum invocabunt, ut liberentur. Beati qui tunc non erunt, atque etiam beati qui erunt quidem, sed sustinebunt. Quum haec itaque contingent, prope erit, ut, exploite jam tempore, parturiens gignat.

IX

Tunc veniet filius perditionis, ille adversarius, qui jactatur extollitur, perpetrans signa et virtutes multas, ut decipiat universam terram, prævaleatque super justos [col. 2] sanctos meos. Beati, qui perseruerabunt illis diebus, et vœ iis, qui in deceptionem inducentur.

1

Syria diripiatur, lugebitque super filios suos. Cilicia eriget collum suum, donec apparebit, qui ipsam indicaturus est. Surgeat de solio sui

¹¹⁾ In cod. S minus recte habetur *ch. 1. sec. 9. 1.*

2) God S habet ~~am~~ ~~an~~ ~~an~~

卷之三

J. S. Hader - Schleswig-Holstein.

¶ 4) Idem cod. S habet οὐκέται.
5) Cod. S habet ταῦτα.

(7) Cod. S habet **عَنْتَكَ**.
 (8) Cod. S peroram habet **عَنْتَكَ** sine tillo sensu.
 (9) Caput istud in cod. S praeferunt hunc titulum **عَنْتَكَ**.

X

Propter hoc dico vobis, filii lucis, adpropinquasse jam tempus, itemque advenisse messem qua metendi sunt rei per judicium. Erga multis iudex se exhibebit benignum et imputabit ipsis (ad meritum) ipsorum opera. Cum autem iudex jamjam erit venturus, dabitur signum electis, qui legem Patris mei servarunt.

三

Tunc^(*) illi, qui timent verba mea, eaque in veritate et animo fideli adimplent, vigilabunt, orabuntque sine intermissione, considerantes sibi tamquam officium incumbere preces omni tempore (offerre), quin abripiantur, vel ulla re divagentur per hunc mundum, vel de eo solliciti sint, sed animo forti et mente nequaquam anticipi ferunt quotidie super se crucem, ut adimpleant corde humili voluntatem Patris mei, qui in cœlis est. Dominus est autem, qui curam et sollicitudinem geret illorum, qui veritati confidunt, illisque mittet, quæ decent et præsunt, [col. 3] uti ipse noscit, et per manus eorum, quos et ipse noscit.

۲۷۴

Hæc ideo vobis prædixi, ut quovis pergetis animas inquiratis immaculatas et adloquamini eas, quæ prosunt decentque, quæque eventura sunt, item omnia, quæ vobis mandaveram, antequam glorificarer, ut iis credentes revera vivant. Amodo enim fiet initium dolorum partus, mysteriumque perditionis⁽⁷⁾. Redeentes igitur ad ecclesiæ, recte agite, bene disponentes ordinantesque: omnia operamini in æquitate et sanctitate. Cuique dicite, quæ illi utilia sunt⁽⁷⁾, ut Pater vester, qui in cœlis est, glorificetur. Estote sapientes, ifa ut sciatis

⁽²⁾ In cod. B habetur **مُؤْكَلٌ**.

⁽⁶⁾ Cod. B ex oscitania amanuensis habet ~~مُكْتَبَةً~~ ~~مُكْتَبَةً~~ ~~مُكْتَبَةً~~

(7) Cod. B habet ~~rebus~~.
(8) Cod. S B habent ~~rebus~~.

(?) Cod. S B habent ~~etiam~~

(iv) Post hac verba excerpta ex Testamento codex S praeſert lacunam. Vid. in proleg. cap. III. Deinde sequuntur excerpta ex capitibus 31, 33, 34, 36, 37, 46 Testam̄tū, quorum variantes lactiones sūr loco notabim̄.

(1) In versione copto-arabica ita legitur «Tunc jussit nos Dominus noster Jesus Christus dicens: dicite iis, qui timent verba mea, adimplentque in veritate, ut orient» etc.

(²) Pro his versio copto-arabica, quæ singulis convenienter.

qua ratione suadere possitis eos qui sunt errore abrupti aut versantur immersi in ignorantia, ut, Deum noscentes, et pie ac pure viventes, glorificant Patrem^(*) meum et Deum vestrum.

V

Postquam Jesus locutus fuit hæc verba, dixerunt Petrus, Joannes, Thomas, Matthæus, Andreas et Mathias(?) et ceteri: Domine noster, et etiam nunc verba admonitionis et veritatis nobis locutus es, et multa concessisti nobis indignis et dedisti insuper iis, qui digni erunt per futura sæcula, ut tua verba discernentes, laqueos maligni effugerent. Attamen rogamus te, Domine noster, ut lucem tuam perfectam facias resplendere super nos et super eos, qui prædestinati et prædistincti sunt, ut fiant tui. Quare(?), quemadmodum pluries petivimus a te, exoramus, ut nos doceas, qualis debeat esse ille, qui ecclesiæ præest, et quoniam canone ille debeat constituire et ordinare ecclesiam. Cum enim mittimur ad gentes ad prædicandam salutem, quæ est a te, oportet ut minime lateat nos, quomodo sint mysteria ecclesiæ tractanda. Quapropter ex voce tua, o salvator et perfector noster, cupimus plene discere, quomodo debeat placere coram te sacer præpositus, itemque omnes, qui ministrant in tua ecclesia.

XVI

Tunc⁽³⁾ Martha, Maria et Salome, quæ nobiscum erant, responderunt dicentes: Sane, Domine noster, edoce nos, ut sciamus, quid faciendum sit, ut tibi vivant animæ nostræ.. Quibus Jesus respondens ait: Volo, ut in supplicatione perseverantes, semper colatis evangelium meum, exhibeatisque vos in exemplum sanctitatis, ad salutem illorum, qui confidunt in me et ut sitis per omnia imago [fol. 340 v. col. 1] regni cœlorum.

⁽¹⁾ Cod. M. habet ~~शब्दानुसार~~; cod. vero B. scribit शब्दानुसार.

(2) In versione contro-arah haec comprehenditissim exponit.

(3) Deest in versione copto-arab. hoc integrum capitulum in quo interrumpitur series colloquii Domini cum apostolis interrogatione mulierum evangelicarum Martha,

⁽¹⁾ Versio copto-arabica habet *ut* . . . glorificant Patrem meum, qui est Pater

XVII

Nobis autem dixit Jesus: Quoniam et vos quæsistis de canone ecclesiastico, vobis trado et declaro, quomodo debeatis ordinare et instituere illum, qui præest ecclesiæ, et servare canonem perfectum, rectum et ex integro probatum, in quo Pater, qui me misit, complacet.

Amen dico vobis, is, qui vim præcepit hujus et Testamenti hujus moverit, servaveritque, quæ ibidem sunt prescripta, similis erit angelis, qui Patrem meum glorificant, et sanctus erit Deo.

Obtestor Patrem meum cum tota sua virtute, fore ut ei, qui verba ista intelliget et exequetur, dimittantur peccata, etiamsi illa fuerint innumerable, sicuti arena maris, et vivat ipse in me.

XVIII

Quoniam porro in medio cœtus populi existunt diversæ et multiplices voluntates carneæ, et nonnisi pauci rarique operarii reperiuntur, tantum operarii mei perfecti discent pleraque verba mea, ea nempe, quæ antequam paterer, in secreto sæpius locutus sum vobis, quæ vos cognoscitis, quæque datum est vobis discernere. Mysteria enim mea iis

communicantur, qui sunt mei, et cum quibus lastabor et exultabo una cum Patre meo, quique, quando soluti erunt ex vita, ad me venient. Cetera porro verba, postquam ea determinaveritis et definieritis, proferte in ecclesias.

Porro a die, qua fideles mei vellent scire, quæ continentur in Testamento isto, ut perficiant ea, quæ sunt Patris mei, ego ero cum illis, et inter illos glorificabor, mansionemque habebo apud ipsos, notam illis faciens per virtutem voluntatem Patris mei.

Videte, ne detis sancta mea canibus, neque proiiciatis margaritas ante porcos, uti pluries mandavi vobis. Ne unquam sancta mea detis contaminatis aut iniquis, qui crux meam minime ferunt, vel iis, qui minime se esse submittunt ne nenes insos in derisionem evadant pre-

⁽¹⁾ Cod. B habet tau.

⁽²⁾ Cod. B habet *קַיִצְׁתָּן*.

(3) Cod. M habet ~~ar~~.

minime sese submittunt ne nenes insos in derisionem evadant pra-

ପ୍ରକାଶକା

(r) In codicibus M B ~~re~~^{ca} absque particula conjunctiva.

(2) Deest in cont. p.

⁽²⁾ De tribus ingressibus ecclesiae additur in versione copto-arab. *et ut unus respiciat meridem, alter occidentem, tertius regionem marinam.*

cepta mea, vertantque in perditionem animarum, tum iis, qui dictis verbis adversantur, neque ipsa adimplent, tum eis, qui sine ulla utilitate illa revelant.

Communicetur autem hæc traditio eis, qui sunt firmi, inconcussi et inflexibles, quique præcepta mea et traditionem istam perficiunt, ut illa observantes maneat in me sancti, recti et fortes, fugiantque a lapsu iniquitatis et a morte peccati, cum Spiritus sanctus eis concedit gratiam suam ad recte credendum, ad spiritualiter cognoscenda per Spiritum, quæ Spiritus sunt, [col. 2] ad sustinendum laborem in spe, ad colendum evangelium meum in lætitia, et ad circumferendam contumeliam crucis sine hæsitatione in ea gloriantes. Quoniam, amen dico vobis, qui ejusmodi sunt, habitabunt in ordine tertio⁽⁷⁾, post mansionem Patris mei, qui misit me.

X

Dicam igitur vobis, quomodo oportet ut sit aedes sacra, deinde declarabo regimam sanctam de sacerdotibus ecclesiae.

Ecclesia itaque ita sit: habeat tres ingressus in typum Trinitatis⁽⁷⁾.
Diaconicon sit e regione dextera ingressus, qui a dexteris est, ut
Eucharistiae sive oblationes, quæ offeruntur, possint cerni. Habeat
Diaconicon atrium cum porticu circumambiente.

Intra atrium sit *edes baptisterii*, habens longitudinem viginti et unius cubitorum, ad praefigurandum numerum completum prophetarum (9), et latitudinem duodecim cubitorum pro adumbrandis iis, qui constituti fuerunt ad praedicandum evangelium. Aditus sit unus; exitus vero

Habebat ecclesia adem catechumenorum, quæ sit etiam ædes exercitii
sunt tres.

zandorum: neque dicta ædes separata sit ab ecclesia (i. e. ab æde

(z) Te in ceulo tertio

sacra), cum necesse sit, ut (cathecumeni), eam ingredientes, et in ipsa stantes, audiant lectiones, cantica spiritualia et psalmos.

Deinde sit thronus (episcopi) versus orientem, a cuius dexteris et sinistris sint loca (seu subsellia) presbyterorum; e regione quidem dextera sedent illi (presbyteri), qui eminentiores et honorabiliores sunt, quique laborant in verbo; e regione vero sinistra illi, qui sunt mediae aetatis.

Sit porro locus throni (episcopi) elevatus (a solo) tribus gradibus, quoniam et altare ibi collocandum est. Ipsa autem domus habeat a dextera et a sinistra⁽¹⁾ porticus duas, (unam) pro viris, (alteram) pro mulieribus.

Sint omnia loca illuminata tum propter figuram, tum propter lectionem.

Velum ex byssso pura confectum habeat altare, quoniam est immaculatum.

Similiter dominus baptismi (i. e. baptisterium) sit velo obtecta. Commemoratio causa aedificetur locus, in quo consideris sacerdos cum proto-diacono et lectoribus inscribat nomina eorum, qui offerunt oblationes, vel pro quibus ii obtulerunt, ut, cum ab episcopo sacra offeruntur, lector vel proto-diaconus nominet illos in commemoratione, [col. 3] quam pro illis sacerdotes coetusque supplicantes faciunt. Talis est enim et typus in celo.

Locus presbyterorum sit intra velum prope locum commemorationis.

Xophewās et gazophylacium integrum sit prope diaxonion.

Locus legenai lectiones extra altare parum ab ipso distet.

⁽¹⁾ Istae dues porticus vocantur in Constit. Apost. I. II, c. 57 παστοφόρια.

(2) Sic in cod. B. Codex vero M habet ο in cod. M.
 (3) Sic corrigendum pro voce παστοφόριον, quae legitur in utroque codice M. B.
 (4) Interpres Syrus vocem греческого языка, que significare potest tum statuta tum actas, in primo sensu summis, cum sumendus fuisset alter sensus, ideoque vertere debueret.

(5) Sic in utroque codice pro παστοφόριον.
 (6) In cod. B παστοφόριον in numero sing.
 Rahmani, Testamentum D. N. J. X.

Aedes episcopi sit prope locum, qui vocatur atrium.
Item ibidem sit *cedes viquarum*, quæ dicuntur *haben*.

Item ibidem sit *ædes viduorum*, quæ dicuntur *habentes preceden-
tiam sessionis*.

Aedes presbyterorum et diaconorum sit post baptisterium.

Habebat ecclesia in proximitate *hospitium*, in quo proto-diaconus diaconesse autem inaneam apud portum ueniret.

recipit peregrinos.

2

Post constitutam domum (ecclesiae), uti par et necesse est, ordinatur episcopus, eligendus ab universo populo secundum placitum Spiritus sancti, qui nempe sit sine reprehensione⁽¹⁾, castus⁽²⁾, mitis, humilis⁽³⁾: absque cura, vigil⁽⁴⁾, non diligens⁽⁵⁾ argentum, sine vitioperatione⁽⁶⁾, non contentiosus⁽⁷⁾, commiserans, doctus⁽⁸⁾, non armans multiloquium, amatorem rerum bonarum⁽⁹⁾, amatorem laboris, diligens viduas, diligens orphanos pauperesque, exercitatus in mysteriis, quique non abripiatur circumvagans cum hoc seculo, qui sit pacificus, perfectus in omnibus bonis, utpote cui concreditur ordo seu locus Dei. Bonum est, si (assumendus in episcopum) sine uxore sit, sin minus, qui fuit vir unius uxoris⁽¹⁰⁾ tantum, ut simul compatriatus infirmitati viduarum. Ordinatur (in episcopum), qui sit mediae ætatis⁽¹¹⁾, non autem junior.

1

Qui talis ergo fuerit, die dominica suscipiat manus impositionem, omnibus consentientibus ipsius ordinacioni. testimoniumque de eo per-

hibentibus, una cum cunctis presbyteris et episcopis vicinis.

illum imponant. Presbyteri autem prope eos (i. e. episcopos) stent quieti cum timore, elevatis sursum cordibus in silentio.

(2) Cod. M. ~~Regiam~~ or.
(4) Vide supra notam 4 ad paginam 24.

THE HISTORICAL RECORD

⁽⁵⁾ I Timoth. III, 3. ⁽⁶⁾ Tit. I, 7. ⁽⁷⁾ I. Tim. III, 2. ⁽⁸⁾ Tit. I, 9. ⁽⁹⁾ Tit. I, 8. ⁽¹⁰⁾ I Timoth. III, 2.

³ I Timoth. III, 2. ⁽⁵⁾ I Timoth. III, 3. ⁽⁶⁾ Tit. I, 7. ⁽⁷⁾ I. Timoth. III, 3. ⁽⁸⁾ I Timoth. III, 2;

^(*) I Timoth. III, 2. ^(*) I Timoth. III, 2; Tit. I, 8. ⁽³⁾ I Timoth. III, 2. ⁽⁴⁾ I Timoth.

Episcopi super illum imponentes manus dicant: «Imponimus manus nostras super servum Dei istum, qui electus est in Spiritu in statum firmum et religiosum ecclesiae, cuius principatus est monarchicus atque indissolubilis, invisibilis ac vivi Dei, ad liberationem a iudicio vero, et ad sanctas divinas revelationes, ad charismata divina et dogmata fidelia Trinitatis per crucem, per resurrectionem, per incorruptibilitatem in Ecclesia sancta Dei»⁽⁷⁾. Post hanc unus episcopus, praecessum habens ab episcopis reliquis, imponat super illum manus dicens invocationem ipsiusmet ordinationis [fol. 341 r. col. 1] ita:

Oratio in positionem mitem sub episcopatum.

«Deus, qui omnia in virtute fecisti et firmasti, qui fundasti conceptum orbem habitabilem, qui ornasti coronam omnium rerum a te factarum, qui dedisti eis in timore servare iussa tua, qui tribuisti nobis intellectum veritatis, et notum fecisti nobis Spiritum tuum illum bonum, qui Filium tuum dilectum misisti unicum Salvatorem nostrum immaculatum pro redemptione nostra; Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum et Deus totius consolationis, qui in puris altis habitat perpetuo, qui es altissimus, laudabilis, terribilis, magnus et omnia videns, qui omnia, antequam fiant, nosti, apud quem omnia, antequam sint, jam erant, qui illuminationem dediti Ecclesiae per gratiam Unigeniti Filii tui, praedefiniens ab initio illos, qui cupiunt æquitatem et faciunt quæ sancta sunt, habitare in mansionibus tuis; qui elegisti Abraham, qui placuit tibi in fide, et Henoch sanctum transtulisti ad thesaurem vita, qui principes et sacerdotes ordinasti in sanctuario tuo altissimo; Domine, qui vocasti eos ad laudandum et glorificandum in loco gloriae nomen tuum et Unigeniti tui, Domine Deus, qui non reliquisti sublimè sanctuarium tuum sine ministerio ante constitutionem mundi et ex mundi constitutione sanctuaria tua ornasti et decorasti principi-

(r) Differt aliquantulum hæc formula in saepius memorata versione copto-arab.

(r) In cond. B deepest

pibus (i. e. pontificibus) et sacerdotibus fidelibus iuxta formam celorum tuorum. Domine, cui etiam nunc collaudari placuit, et dignatus es constitutere principes (i. e. presidentes) populo tuo, illumina et effunde intelligentiam et gratiam Spiritus tui principalis, quam tradidisti dilecto Filio tuo, Iesu Christo; da, Deus, sapientiam, consilium, fortitudinem, virtutem, unitatem spiritus ad facienda omnia per tuam cooperacionem. Concede, Deus, Spiritum tuum sanctum, qui datus fuit Sancto tuo, mitte eum ecclesiae tuae sanctae et puræ, et omni loco, qui laudes tuas canit. Da, Domine, ut servus tuus iste placeat tibi, ad enarrationem gloriae et laudem incessabilem, ad glorificationes perfectas, ad tempora propria, ad orationes acceptas, ad postulationem fidelem, ad cogitationem rectam, ad cor humile, ad actionem vitæ et humilitatis ac veritatis, ad scientiam rectitudinis. Pater, qui nosti corda omnium, huic servo tuo, quem elegisti ad episcopatum, ut pascat gregem tuum sanctum et summo sacerdotio fungatur sine querela, die ac nocte tibi ministrans, [col. 2] concede, ut appareat facies tua, eumque dignum redde, qui tibi diligenter et cum omni timore offerat oblationes ecclesiae sanctæ vitæ. Impertire ei, ut habeat tuum Spiritum pollutem potestate ad solvenda omnia ligamina, quemadmodum apostolis tuis concessisti. Ut placeat tibi in humilitate, imple illum charitate, scientia, discretione, disciplina, perfectione, magnanimitate cum puro corde, dum orat pro populo, dum contristatur pro his, qui stulte agunt, eosque ad auxilium trahit, dum offert tibi laudes, confessiones ac orationes, in odorem suavitatis, per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum dilectum, per quem tibi gloria, honor et imperium una cum Spiritu sancto ante sæcula et nunc et omni tempore et in generationem generatio-
num, et in sæcula interminabilia sæculorum. Amen.⁽¹⁾

(7) Cod. M. habet ~~καθηγετος~~.

(2) Cod. M habet **duarum**.

(1) Intracranial codice 700

(c) In cod M *Romanus* *Augustea* cum part.

(*) In versione copto-arabic. prescrubitur post istam invocationem seu orationem consecratiam ^{aut} eniescoi nonum aniscomum consecratum consecutur.

(x) In cod. M. legitimis

(2) Cod. B habet ~~ar.~~

(5) Vid. in prolegom. c. VI, quæ diximus de hisce *dæm* et *acto ingressibus*.
 (6) Omittuntur in versione copio-arab. quæ hic dicuntur de calice oblationis a
 hibendo ab episcopo jejunante. sive cum ægrotat sive cum sanus sit.

Postquam constitutus fuerit (episcopus), populus per tres dies peragat festum, in mysterium (figuram) illius, qui post tres dies surrexit de mortuis. Deinde quisque ei pacem det.

XXXII

Sit autem (*episcopus*) assiduus penes altare, perseverans in orationibus diu noctique, præsertim vero horis prescriptis noctis, hora nempe prima, media nocte et hora primæ auroræ, cum exortitur diluculum. Insuper etiam mane^(*) hora tercia, hora sexta, hora nona, hora duodecima et hora lucernæ (accendendæ). Si autem quavis hora sine intermissione orationes offert pro populo et pro semetipso, bene facit. Maneat autem in domo ecclesiæ solus. Si vero habet unum vel duos sibi concordes, bonum est si cum ipsis sit, propter supplicationem verbo simul concordem. Ubi enim duo vel tres congregantur in meo nomine, ut noscitis me dixisse vobis, ego ero inter illos^(*). Si autem nequit integre totam noctem permanere, saltem maneat horis supra indicatis. Tunc enim angelii visitant ecclesiam.

Jejunet tribus diebus⁽³⁾ totum per annum. Observet insuper jejinium tres per hebdomadas⁽⁴⁾ post ordinationem, juxta numerum decem et octo ingressuum excelsorum per quos transiit Unigenitus veniens ad passionem⁽⁵⁾. Die autem dominica tantum vescatur cum pane etiam oleo, melle, sale et omnibus fructibus arborum. Vinum vero nequaquam gustet, excepto⁽⁶⁾ solo calice oblationis: hoc utatur et cum ægrotet et cum sanus sit. Bonum est enim, ut hic sit solis sacerdotibus

(*) In versione copto-arab. pro «mane» dicitur «hora prima diei».

att. XVII, 20.

(3) I. e. tribus decretis stragga nebulosus. Vid. quae infra dictum in dissertatione de *iciuntur*.

(4) *Versio copto-arab.* addit. «excepto casu quod episcopus consecretur diebus quintuplici (pascha?) Fademonie versio nota insinuerit ieiunium esse solvendum die sabbati. nonne te *fugimus*.